



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Ethica Epistolaris Seu Epistolae Morales Ad usum
familiarem Vario Argumento Scriptæ**

Pexenfelder, Michael

Dilingae, 1686

XXVII. Parens consulit amicum, cui potissimùm studio filium unicum
applicare debeat, an Theologico, an Juridico, an Medicinæ?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69435](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69435)

XXVII.

P A R E N S

Consulit amicum, cui potissimum studium unicam applicare debeat; an Theologico, an Juridico, an Medicina.

INter primas curas, quas parentem de liberis suscipere oportet, est deliberatio de statu vitæ, quippe in quo velut cardine salubritatis temporalis, æternæque vertitur. Jam tempus & ætas monet, ut *Adeodatum* meum a prioribus disciplinis imbuendum curem, & beamque discere, quæ semper meminisse precor. In cujus partem deliberationis, quæ potiore jure admittam, imò quem requiram, quàm te amicorum meorum præcipuum, & longa fide probatum? Virtus & sapientia te monstrabunt tramitem, quæ eundem. Proposui non semel filio meo tria potissimum studiorum genera, ut ex ijs seligeret unum, quod maximè delectaretur: vellétne Jurisprudentiæ operam dare, & Bartoli ac Baldi scholasticum sectari? an luberet Theologicæ se facultati adhaerere, & ex illa scientia epomidem gestare? an Medicinæ studium placeret, & *Æsculapium* se discipulum profiteri? perspectum est mihi

adolescentis ingenium, sublimiorum etiam
disciplinarum capax. Is verò quid respon-
det: hoc unum, paratum se esse ad mea obse-
quia; à meo arbitrio se totum pendere; meum
esse imperare; ipsius, iussa capessere. Quid
agam: si consilium meum minùs ad votum
succeedat, mihi imputabitur infelix exitus.
Reperiuntur enim inter Jurisperitos,
qui putant, se faventiore Minerva, Galeno
operam daturus fuisse. Medicinæ studiosi non
pauci sunt, qui mallent sacratiores litteras
tractasse. Rursus inter Theologos sunt, qui-
bus grave est, cælibem vitam ducere, cupe-
rent sapientiùs elegisse, & Codicem potiùs Le-
gum, quàm Precum sibi assumpsisse. Sic eunt
in contrarium vota & votorum successus.
Nec desunt exempla liberorum, infelicitatem
suam parentum sinistro affectui ac voluntati
adscribentium. Difficile est contra torrentem
niti, & naturæ instinctui repugnare. Error,
ab initio commissus, in longum ducitur, &
multa secum pericula trahit; sicut qui semel
deflectere cepit à recta via, quò longiùs pro-
greditur, hòc magis ac magis ad devia decli-
nat; opus est duce, qui dirigat iter. In Sacris
adagijs legimus: *Sapientia callidi est, intelli-
gere viam suam, & imprudentia stultorum
errans.*

errans. Prov. 14. quia non cogitat, quid
 suæque indoli, propensione, viribus congruat,
 sed id amplectitur, quò rapit ambitio, le-
 tas, avaritia, libido, cæteræque cupiditas
 improbæ. In hac ambage viarum, quem ce-
 tiorem ducem, quàm te, antiqua fide cogi-
 tum sequamur? quis in hoc mæandro cer-
 texpediat fluctuantes? Itaque tu mihi, filius
 meo pro cynosura eris, ad quam flectamur
 ratem; tu eris Phæbi Sacerdos, qui nobis or-
 cula pandat. Hæc sincerè; nihil do auribus
 nihil palpo. Confido, non minore te ca-
 dore & ex animi sententia mihi responsurum
 quàm ego te consulo, & iudicium tuum. Ne-
 habes, quòd invidiam timeas; *Hæc inter nos*
 alienum conscium non faciemus. Vale
 rorum optime, & brevî hac me sollicitudine
 libera.

XXVIII.

RESPONSIO

ad epistolam superiorem.

HIERONYMO GALBÆ

Salutem.

Accepi epistolam tuam, Idibus Augusti
 datam, in qua, nescio cuius Apollinis
 ora-